NICOLAI CISNERI
JC. CL.

IMPERIALIS CAMERÆ
QUONDAM ADSESSORIS,
ET CONSILIARII AC
Profeſſoris Palatini

Commentarius eruditiſſimus

Ad obſcuriſſ. & difficillimam LEGEM, *SI* PRIUSQUAM *FF. de*

NOVI OPERIS Nunciatione,

In vſum Studioſorum Iuris Luci reſtitutus.

FRANCOFURTI,
In bibliopolio JONÆ RHODII.

cIↃ IↃ cXI.

NOBILITATE GENERIS, PIETATE, DOCTRINA ET OMNI VIRTUTE ILLUSTRI DOMINO

OTHONI WILHELMO à BERLEPSCH,

Illuſtriſſimo Literatiſſimoq; Principi, Dn. Dn. MAURITIO, Landgravio Haſſiæ, &c. ab intimis Conſiliis:

Præfecto Comitatui Cattimelibocenſi Inferiori & Satrapiæ Epſtein & Limpurg. &c. Domino & fautori pl. obſervando

QUIRINUS REUTER. D.

In Acad. Heidelberg. Profeſſor, S.P.D.

COlligenti mihi certis de cauſis, Nobiliſſime vir, Opuſcula Philologa & Hiſtorica NICOLAI CISNERI. V.C. quondã Juris D. Profeſſoris, & Conſiliarij Elect. Palat. Imp. quoque Cameræ Aſſeſſoris Spiræ; propinqui & conſanguinei mei, quidam magnæ autoritatis vi-

NICOLAI CISNERI AD L. SI PRIVSQVAM. FF. DE NOVI OPERIS NUNciatione interpretatio

ARGVMENTVM.

Africanus in hac lege duas ſpecies quaſi contrarias proponit: quibus docet officio & arbitrio judicis in eum, à quo res non defenditur, onus probandi transferri, cum alioquin id adverſarius ſuſtinere debuiſſet.

African. lib. 9. Quæſt.

SI priusquam ædificatum eſſet, ageretur, jus vicino non eſſe altius ædes tollere: nec res ab eo defenderetur: partes judicis non alias futuras fuiſſe a ait: quàm ut eum, cum quo ageretur, cavere juberet: non priùs ſe ædificaturum, quàm ultrò egiſſet jus ſibi eſſe b altius tollere. Idemq́; è contrario, ſi cum quis agere vellet, ſibi jus eſſe invito adverſario altius tollere. eo non defendente ſimiliter (inquit) officio judicis continebitur, ut cavere

a Caſſius ait. Al.

b Invito adverſario altius tollere Al.